Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

grícolas ut acciperent fructus ei. Et
agricole apprehensis seruis ei. alium
ceciderunt. alii occiderunt alii uero
lapidauerunt. Et iterum misit alios
seruos plures priores. et fecerunt illis
similiter. Nouissime autem misit
ad eos filium suum dicens. Verebuntur
filium meum. Agricole autem uidentes
filium dixerunt intra se. Hic est he
res. uenite occidamus eum habebimus
hereditatem eius. Et apprehensum eum
eiecerunt extra uineam. et occiderunt.
Cum ergo uenerit dominus uinee. quid faciet
agricolis illis. Aiunt illi. Malos
male perdet. et uineam suam locab
alis agricolis. qui reddunt ei fructum
temporibus suis. Dicit illis ihe.
Numquam legistis in scripturis lapide
quem reprobauerunt edificantes
hic factus est in capite anguli a
domino factum est istud et est mirabi
le in oculis nris. Ideo dico uobis. quia
auferetur a uobis regnum dei. et dabi
tur genti facienti fructus eius. Et qui
ceciderit super lapidem istum. confrin
getur. Super quem uero ceciderit. con
teret eum. Et cum audisset princi
pes sacerdotum et pharisei parabolas
eius. cognouerunt quod de ipsis di
cerit. Et quaerentes eum tenere ti
muerunt turbas. quia sicut prophe
tam habebant. OF. Domine in tua
misericordia speraui. non confundar in aeternum. et
redime me. in iustitia tua libera me. Inclina
aurem tuam mihi. accelera ut eruas me. Esto mihi
in deum protectorem. et in locum munitum ut
saluum me facias. quoniam fortitudo mea et
refugium meum es tu. et propter nomen tuum
deduces me et enutries me. Educes me de laqueo
hoc quem latenter posuerunt mihi. quoniam
tu es protector meus. In manus tuas commendo
spiritum meum. redemisti me domine deus
veritatis. Confundantur et reuereantur qui quaerunt animam
meam ut auferant eam. SE.
Hec munera sacrificia domine et actio
ne permaneant. et operatione firmen
tur. per. CO. Tua dona mundent nos semper
bis nos et custodiant dies nos. ut generatio
ne hac in eternum. CO. Fac nos
quesumus domine accepto pignore salutis e
terne sic tendere congruenter. ut
ad eam pueniri possimus. per. S. P.
Da quesumus domine populo tuo salutem men
tis et corporis. ut bonis operibus inhe
rendo tue semper uoluntatis meeat
protectione defendi. per. Sabbato.
Et domini nostri ihesu christi filius
conuertens animas restimo nium
dei fide. le sapientiam prestans par
uulis. V. Celi enarrant gloriam dei.
Da quesumus domine nobis efficacem tem OR
nus salutarem. ut castigatio car
nis assumpta ad animarum uegeta
tionem transeat animarum. per. Lect
In diebus illis. Dixit libri genesis.
rebecca filio suo iacob. Audiui pa
trem tuum loquentem cum esau fra
tro. dicentem ei. Affer mihi de ue
natione tua et fac cibos ut come
dam. et benedicam tibi coram domino
ante quam moriar. Nunc ergo fili
mi acquiesce consilius meis. et per
gens ad gregem affer mihi duos he
dos optimos ut faciam ex eis escas
patri tuo quibus libenter uescitur.